UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

22 Feburarij. 8 Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

ipſum eſt, quod per te à Deo, in opportunitatibus, in tribulatione, impetrari mihi, ſupplex efflagito. ti neceſſarium.

B. AGNES, Ordinis Ciſtercienſis Virgo Germana: cujus animam in magna gloria, & ſuaviſſima Angelorum muſica, ad cœlos deferri, Beata ſoror tua Hildegundis conſpexit. *Aperi in me interiorem Fidei oculum: ut ſicut tu infinita Dei pulchritudine nunc beata æternùm frueris: ita ego per illuminati amoris flammas, animum meum à terrenis attollam ad cœleſtia.* *Obijt anno 1186.* Fidei oculo Deus quęrēd.

S. BERNARDUS, ſerm. 11. in Cant.

Ille, qui replet in bonis deſiderium animæ; ipſe rationi futurus eſt plenitudo lucis: ipſe voluntati multitudo pacis: ipſe memoriæ continuatio æternitatis. O veritas, charitas, æternitas! DEUS animā ſatiat.

22 *Februarij.* 8 *Cal. Mart.*

S. EDMUNDE: qui hodierna die cuidam monacho Pontiniacenſi glorioſus apparuiſti. Cúmque ille non ſinè triſti querela ſciſcitaretur: quanam ex cauſa tantus olim, in vita & morte, mira- *Anno 1250.*

miraculorum patrator, nunc ceſſante illa gratia, Pontiniacum tuum deſerueris. Cu manus tu s terrá oppletas oſtendens, ſatìs clarè ſignificáſti; qua ratione prodigiorum obex ſit amovendus. Mox igitur effoſſo tumulo, corpus tuum ab omni corruptione illæſum repertum eſt: in qua glorioſa ſpecie noſtra hac ætate, inter plurima ſigna, perſeverat. *Accurro & ego ad te; non pedum greſſibus ad tumulum tuum, ſed mentis affectu, votis & gemitu, ad cumulum meritorum tuorum. Non eſt abbreviata munus tua. Jam enim à terra omnino libera, extendi Divinæ virtute poteſt in omnem latè terrarum orbem. Illam opitulatricem invoco: tum maximè, cùm in extrema vitæ hora, ad ſubeundam frigidæ terræ foveam, gemens ac tremens urgebor.*

Ejus Corpus deceñio poſt obitú reperitur incorruptũ.

Patrocinių in morte.

B. QUADRATE, Abbas Bonævallis: vir admodùm prǣclarę & admirandæ virtutis: qui revelationibus & ſignis illuſtris, feliciter migrâſti è ſæculo. *Impetra mihi a Deo Quaternas, ſaluti meæ neceſſarias virtutes: prudentiam in eligendo: juſtitiam in agendo: temperátiam in victu: fortitudinem in patiendo. Q as quintus indubiè favor excipiet, pietas in moriendo.*

Floruit anno 1147.

Virtutes cardinales.

S. BERNARDUS, ſer. 18. de divers.

Studeamus itaq; fratres mei, & humiles ad ſatisfaciendum his, qui habent aliquid adverſùm nos; & ad remittendum his, qui offenderunt nos, faciles inveniri: quia non ſolùm mutua inter nos pacis conſervatio conſtat in his duobus; ſed ne ipſa quoq; Divina ſinè his propitiatio poterit obtineri. Duo pacis conſervandæ remedia.

23 *Februarij. 7 Cal. Mart.*

B. CÆSARI, Prior Villarienſis: vir adeò indefeſſi in obſequio Divino, & regulari diſciplina fervoris: ut ad canoſque nulla te infirmitas (quas tamen haud infrequētes afferebat victûs auſteritas) ad leviſſimam relaxationē permoveret. *Vixit circa annum 1190.* Frontis, mutari neſcia, ſerenitas, veluti erat innocentis, ita in DEO ſemper jubilantis animi indicium. Teſtabatur id denique ipſa mors; dum inter hæc lætiſſima verba vivere deſijſti: *Cantabo cum cantantibus, pſallā cum pſallentibus: laudabo eum, qui creavit me: dulcedo ex ore ejus mel & lac.* Ac *Hilaris vivit, & moritur.*